

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena VI.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

ACTUS QUINTI, SCENA VI.

GETA, ANTIPOH, PHORMIO.

Ge. Fortuna, o fors fortuna, quantis commodis
tatibus,

Quam subito hero meo Antiphoni ope uera
stra hunc onerastis diem?

An. Quidnam hic sibi uolt? Ge. nosq; amicos eius exoneratistis metu?

Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc one-
ro pallio;

Atque hominem prepero inuenire, ut haec, quae conti-
gerint, sciat?

An. Num tu intellegi, quid hic narret? Ph. num tu? An.
nil. P. tantundem ego.

Ge. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. An.
heus Geta. Ge. hem tibi.

Num mirum, aut nouum est, reuocari, cursum cu in-
stueris? An. Geta.

Ge. Pergit: hercle nunquam tu tuo odio uinces me. An.
non manes? Ge. vapulabis. curialis uernula est,
qui me uocat.

An. Id tibi quidem iam fiet, nisi resistis, uerbero.

Ge. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitat malum:
Sed is ne est, quem quero, an non ipsu est. Ph. congre-
dere actutum: An. quid est?

G. O omnium, quantum est, qui uiuant, hominum homo
honoratissime:

Nam



P H O R M I O T

Nam sine controvērsia à dijs solus diligere Antipho.
An. Ita uelim : sed qui istuc credam ita esse , mihi dici
uelim .

Ge. Satin' est , si te delibutum gaudio reddo ? An. enicas.

Ph. Quin tu hinc pollicitationes aufer , & , quod fers, et
zibido . Ge. oh,

Tu quoque hic aderas Phormio ? Ph. aderam : sed cef-
fas ? Ge. accipe , hem.

Vt modo argentum dedimus tibi apud forum , recta-
domum

Sumu' profecti : interea mittit herus me ad uxorem
tuam

An. Quamobrem ? G. omitto proloqui : nam nihil ad hanc
rem est Antipho .

Vbi in gynæceū ire occipio , puer ad me accurrit Mid:
Pone apprehendit pallio , resupinat : respicio : rogo ,
Quamobrem retineat me : ait esse uetitum intro ad he-
ram accedere :

Sophrona modo fratrem huc , inquit , senis introduxit
Chremem ,

Eumq; nunc esse intus cum illis . hoc ubi ego audiui ,
ad fores

suspensō gradu placide ire perrexi : accessi : astiti :
Animam compressi : aurem admonui : ita animum cœpi

attendere ,

Hoc modo sermonem captans . An. euge Geta . G. hic
pulcherrimum

Facinus audiui : itaque pene hercle exclamaui gaudio .

Ph. Quod ? Ge. quodnam arbitrare ? An. nescio . Ge. at-
qui mirificissimum :

Patruus



patruus tuus est pater inuentus Phanio uxori tue. An.

Hem, Quid ais? G. cum eiu' olim consuevit matre in Lemno
clanculum.

Ph. Somnium: utin' hæc ignoraret suum patrem? Ge. ali-
quid credito Phormio esse caussæ: sed me censem' potuisse omnia
Intellegere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi ege-
rint?

Ph. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam. Ge.
immo etiam dabo,

Quo magi' credas. patruus interea inde huc egredi-
tur foras:

Haud multo post cum patre idem recipit se intro de-
novo:

Ait uterque tibi potestatem eius habendæ se dare:

Denique ego sum missus, te ut requirerem, atque ad-
ducerem.

An. Hem, quin ergo? rape me:cessas? Ge. fecero. An. om̄i
Phormio

Vale. Ph. uale Antiphō: bene, ita me dij ament, factū:
Et gaudeo.

Ph. Tantam fortunam de improviso esse his datam?
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet:
Nam idem hoc argentum ita ut datum est ingratij,
His datum erit: hoc qui cogam, re ipsa repperi.
Nunc gestus mihi, uoltusq; est capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum:

Inde



Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras:

Quo me assimularam ire ad mercatum, non eo.

omnes tu etiam tunc nos nolo sis meo. D. Heracleo

ACTVS QVINTI SCENA VII.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

De. Tis magnas merito gratias habeo, atque ago,

d. Quando euenerit haec nobis frater prospexit,

Quantum potest, nunc conueniendus Phor-
mio est,

Priusquam dilapidet nostras triginta minas,

ut auferamus. Ph. Demiphonem, si domi est,

Vifam: ut quod. De. at nos ad te ibimus Phormio.

Ph. De eadem hac fortasse caussa? De. ita hercle. Ph.
credidi.

Quid ad me ibitis? ridiculum: an uerentiini,

Ne non id facerem, quod recepissem semel?

Hec, quanta quanta haec mea paupertas est, tamen
Adhuc curauit unum hoc quidem, ut mi esset fides.

Ch. Est ne ea ita, ut dixi, liberalis? De. oppido.

Ph. Itaque ad uos uenio nunciatum Demipho,
Paratum me esse: ubi uoltis, uxorem date.

Nam omnes poshabui mihi res, ita uti par fuit,

Postquam, tantopere id uos uelle, animum aduorteri.

De. At hic dehortatus es me, ne illam tibi darem:

Nam qui rumor erit populi, inquit, si id feceris?

Olim cum honeste potuit, tum non es data:

Nunc uiduam extrudi, turpe est: ferme eadem omnia,

Quae tute dudum coram me incusaueras,

ph.